1) Ex anamneſi diagnoſin ſtatuere licet, quae carcinoma ſemper ex ſcirrho p[ro]ficiſci docet.
2) Carcinoma eſt ulcus, cujus ſigna pathognomonica ſemper prodeunt, eti[amſi] degeneratio et conformatio fungoſa ſit permagna; fungus contra non eſt ul[cus] et nunquam ejus ſpeciem prae ſe fert, nam ſecretio, quae in fungi ſuperſ[icie] occurrit, non eſt aequiparanda cum ulcere, ſed proceſſus potius eſt morti[fica]tionis.
3) Carcinoma ulterius progreditur, partes vicinas deſtruit et glandulas af[fines] praecipue morboſe afficit. Partes fungum circumdantes ſunt integrae, ex[ce]ptis mutationibus, quae vi mechanica e. g. compreſſione, exortae ſunt. Gla[n]dularum ſyſtema non ſemper participat; nam quod *Walther* contendit ſem[per] glandulas eſſe affectas, id veritati non plane conſentaneum eſſe, hujus diſſ[er]tationis decurſus docebit.
4) Sanies carcinomatis, quae plerumque copioſior eſt, proprium et ſpecificu[m] vim vitalem deprimentem, odorem habet, in fungo autem odor putridus [et] ſphaceloſus occurrit.
5) Praecipue reſpiciendus eſt in carcinomate peculiaris aegri habitus, qui ma[]nifeſtatur pallida et anxia facie, ex qua morbum graviſſimum conjicere lic[et,] quique, quamvis verbis depingi nequeat, tamen in aegroto ipſo ſemel obſ[er]vatus, tam firmiter nobis inhaeret, ut ſtatim hujus morbi diagnoſin ex [eo] ſtatuere poſſimus. Aegrotus, qui fungo laborat, laeto interdum faciei co[]lore et ſatis bono habitu gaudet, poſt vero febris hecticae ſigna ſe nobis pr[ae]bent conſpicienda.
6) Fungus ulceris carcinomatoſi eſt durior et granulationis modificationem ma[]nifeſtat.
7) Denique decurſus carcinomatis multo tardior quam fungi.

C. Quod attinet differentiam fungi medullaris et *haematodis*, temporibus antiquis ignotam fuiſſe, *Maunoir* primum illum accuratius tractaſſe, hunc vero ſicuti ejus ſocios e. g. *Chelium* [53]), fungum haematodem et telangiectaſiam eosdem morbos habuiſſe, jam ſupra § 1. dictum eſt. Quamquam differentia fungi haema[]

53) Chelius, Handbuch der Chirurgie. Bd 1.

…et telangiectaſiae plane eſt perſpicua, tamen brevi proferam. *Telangiectaſia* …rbus vaſorum capillarium, qui morboſa eorum dilatatione nititur, fungus …todis vero item morbus vaſorum capillarium quidem eſt, ſed ſimul telae cel…, quin imo in ipſo fungi maſſa vaſa perpauca occurrunt, ſed praecipue laxa …llulоſa degenerata, liquore quodam ſanguini haud diſſimili, quem plerique …res coagulum ſanguineum falſo dicunt, infarcta, quamquam negari non pot…ngula vaſa et canales quosdam e ſanguine extra vaſa egreſſo ortos et hunc … ducentes, fungum penetrare. Hosce canales cum organi affecti vaſis co…e, periodicae haemorrhagiae ex fungo haematode uteri demonſtrant, quarum …lum *Walther* [54]) affert, ubi duodecimo quoque die haemorrhagia evenit; …er haec vaſa non eſt ſanguinis circulatio perfecta, qualis in ceteris organismi …us. Cauſa proxima igitur fungi haematodis ut *Walther* [55]) dicit, vaſis ab… conformatis, ſimul degenerata tela celluloſa, morboſa ſecretione et perpe…eudoproductione nititur. Praeterea telangiectaſia eſt morbus localis, fun…haematodes univerſalis. Sed redeamus ad fungi medullaris et haematodis …ntiam. *Walther* [56]) inter fungum medullarem et haematodem ex telan…ia profectum, differentiam eſſentialem exiſtere contendit, negat autem …medullaris et haematodis primarii discrimen, quum utrumque quoad ſym…ta convenire dicat, conſtitutione morboſa univerſa niti, utrumque ſedem … in tela celluloſa et ſtructuram eorum partesque elementarias eſſe aequales. …quam plane conſentio quoad decurſum, malignitatem, ſedem, prognoſin, the…, tamen ſtructura diverſa mihi eſſe videtur. Fungus haematodes etiam …ris conſtat, quae tamen non tam arcte collocatae ſunt, quam in fungo …lari, intervalla potius et cellulas formant, quae impleta ſunt fluido quodam …, quod partim extravaſatus ſanguis, partim morboſo illo proceſſu procrea…t. Si in ſingulis fungi medullaris locis colorem rubrum, qui vaſis ruptis ex…eſt, invenimus, tamen ſemper illam firmiorem ſtructuram, mixtam cum … molliore nunquam illud ſecretum ſanguineum obſervamus. Etiam chemica …is hoc probat. Secundum illam a Prof. *Frommherz* inſtitutam, quam beni… Prof. *Schultze* debeo, fungus haematodes continuit:

album.	3,709
haematin.	1,463
adip.	4,925
ſibrin.	89,870
aliquid osmazom.	
	99,967

…ournal für Chirurgie und Augenheilk. von … und Walther. Bd XIII. S. 198.

55) Ibid. Bd V. l. c.

56) Ibid.

ſungus medullaris autem:

album.	1,741
adip.	7,950
fibrin.	90,281
aliquid osmazom.	
	99,972

ex qua diverſitas morborum elucet. Praeparatum, ex cujus parte haec analysis facta eſt, caput viri cum fungo ingenti faciei, aſſervatur in collectione praeceptoris. Cerebri ſubſtantiae, quam *Maunoir* comparat cum illa fungi medullaris chemica analyſis ſecundum *Gmelin* et *Kühn* [57]) haecce:

adipis duplicis (Hirnfett und Hirnwachs)	4,53
albuminis	7,00
ſubſtantiae animalis extractivae	1,12
phosphori	1,50
cerebri aquae	85,15
	99,30

Structura excepta utrumque fungum in ceteris fere aequalem eſſe concedendum eſt, et diagnoſis in eo ſtadio certa ſtatui poteſt, in quo pars aliqua tegumentorum nudata eſt, et fungus haematodes frequentioribus haemorrhagiis atque colore nigricante excellit. Quum magna horum morborum ſimilitudo negari non poteſt, uterque morboſa conſtitutione univerſali nitatur, interrogare licebit, an illa constitutio in utroque caſu eadem ſit et haec differentia ex ſola ſede proficiſcatur, ut in uno magis nervi, in altero vaſa participentur? qua ſententia probata tamen varia ſtructura explicari poteſt. — Praeterea memoratu dignum cenſeo plerumque doceri [58]) fungum haematodem eſſe ſecundum ſtadium fungi medullaris, quam ſententiam eo ſibi probaturi videntur, quod interdum uterque fungus in uno tumore conjunctus, et tamen plane ſeparatus occurrit, ſicuti mihi quoque exemplum fungi medullaris et haematodis oculi ex muſeo anatomico privato Prof. *Schl*... notum eſt. Secundum hanc autem ſententiam fungus haematodes exiguus exiſtere non poſſit, quod experientia negatur. Praeterea fungus medullaris, quem ipse obſervavi et infra deſcripturus ſum, tantum ambitum adeptus eſt, ut in ſtadio secundo eum fuiſſe unusquisque conceſſerit; certe mihi non eſt perſpicuum, quem majorem ambitum adipiſci potuerit. Maſſa ejus autem et ſtructura, quod tabulae indicant, ubique eadem eſt.

D. Melanoſis, quam *Walther* [59]) formam fungi medullaris vocat, interdum quoque cum hoc conjuncta apparet, carbogenii ſecretione praecipue gignitur

57) Grundzüge der allg. und medizin. Chemie von Jacquin in Wien. 1836.

58) Chelius l. c. — De fung. med. cap. diſſert. inaug. auct. Weidgen. Bonn. 1834.

59) System der Chirurgie. S. 402.

proprie decurrit, ut pseudoproductionibus adnumeranda sit, nam ex sen-
ll. *Schultze* minores illae carbogenii secretiones in parenchymate glandu-
ronchialium illis veris melanosibus nullo modo sunt adnumerandae. At-
n fungi medullaris decursu, causis et structura omnino discernitur melanosis,
ignitudinem quandam assecuta, a centro ad peripheriam emollescit et massa
vacuatur [60]); plerumque sequitur cicatrisatio aut mutatio in ulcus, quod
luxibus ex constitutione progressis malignum characterem assumere potest.
autem dicunt melanoses initio esse molles, posteaque fieri duriores.
quae sanguinis oxydationem turbant, hunc morbum producere possunt,
n hominibus fere solummodo aetate provectis, qui cachexia atrabilaria la-
apparet. Chemica [62]) analysis omnes sanguinis partes, praecipue carbo-
ostendit. Ex his omnibus fungi medullaris et melanosis differentia
ucet.

E. *Fungus* a *polypis*, quos quidem *Meckel* cum illo conjungit, ac pro
habet morbo, aperte differt eo, quod:
olypi tenuibus petiolis insident, fungi basi latae [63]),
olypi regularem, pyriformem habent formam, quam fungo tribuere non
et,
ructura polypi perfectior est et magis cellulosa,
enique, quod polypis deest malignitas et vis organismi constitutionem di-
endi.

F. *Osteosarcomatis* et *osteosteatomatis*, quibuscum fungus commutari pos-
agnosis accurate non prius statui potest, quam tumores ipsi nobis patent.
acile ex structura illos morbos cognoscimus.

G. *Steatoma* etiamsi analysin chemicam mittamus, eam prae se fert pro-
em, ut fungo durius sit, sed interdum fungus, si occurrit sub membranis
, eandem praebet duritiem propter illarum resistentiam, ita ut facillime
e morbus commutari possit; praeterea non tam facile emollescit et nunquam
entias fungosas in superficie conformat steatoma.

---

§ V.

Prognosis.

Ioc in morbo ut in multis aliis, quod maxime dolendum est, artem nihil
, et huncce morbum semper tristem infaustumque exitum habere, conceden-

---

arless Jahrb. Band 5. St. 1. S. 87. —
und Julius Magazin. Bd 10 S. 303. —
er, Ueber anomale Kohlen- und Pigment-
1823.

61) Schilling, Diss. de melanosi. Franckfurt a. M. 1831.
62) Most. l. c. Art. Melanosis.
63) Walther, System der Chirurgie. S. 401.

dum eſt. Nonnulli auctores quidem ſanationem fungi ſe affecutos eſſe glorian-
ſed jam a priori dubitare debemus, num revera fungus fuerit, quod

1) Morbi natura, dico illam dyscraſiam fungoſam, plane nobis eſt ignota.
2) Tunc demum certam diagnoſin ſtatuere poſſumus, ſi morbus magnam ext-
ſionem adeptus, totus organismus jam valde debilitatus et depreſſus eſt.
3) Fere omnes ſcriptores contrarium dicunt; denique
4) quod experientia, quamcunque fungi vel internam vel chirurgicam curation-
celerius ſequi mortem docet.

Quo major jam fungi progreſſus, quo dignius organum, in quo ſedem hab-
fungus, eo pejor in univerſum prognoſis, eo celerior mors.

---

§ VI.

Therapia.

Ex eo, quod de hujus morbi natura atque prognoſi dictum eſt, curam m-
palliativam eſſe poſſe elucet; tamen medico ſemper curationis radicalis objecta
mente ſint neceſſe eſt, quia hoc modo ſperare poſſumus, fore ut, quod expetim-
conſequamur. Curationis indicationes ſunt exſtirpatio et dyscraſiae et fungi. Quo
attinet ad priorem, omnino in tenebris erramus, quum dyscraſiae natura plane no-
bis ſit ignota et experientia adhuc nullum ſpecificum remedium docuerit. Quo de-
ficiente igitur ad illas curandi methodos recurrere debemus, quae in aliis dyscraſi-
bono cum effectu adhibentur. Attamen omnia remedia, quae in aliis ejusdem gen-
ris morbis plurimum valent, ut Arſenicum, Iodum, Mercurius variis modis adh-
bitus, nutrimentorum detractio usque ad minimum, acida mineralia etc., ſecund-
experientiam nil effecerunt, quin imo mortem, quum longiore ſingulorum uſu t-
tius corporis ſucci magis depravarentur, accelerarunt aut ad ſummum retardarun-
Interea etiam medendi ratione inventa, qua dyscraſiam tolleremus, nunquam ea ſim-
morbum localem removere poterimus, quia hujus vitalis conjunctio cum organ-
affecto et ita cum toto organismo tam parva eſt, ut retrogradum formationis proce-
ſum illius morboſi producti ſperare non poſſimus, quem ad finem locali curatio-
opus eſſet, quae via ſtrenua chirurgica aut pharmaceutica fieri poteſt. Quod ſpect-
ad vim operativam aut fungi exſtirpatio, aut totius membri alicujus, aut ligatu-
adhibita eſt. Experientia autem fungum exſtirpatione et amputatione ſublatum e-
dem vel altero loco recreatum eſſe docuit. Ligaturam primo a *Maunoir* [64]) com-
mendatam, arteriarum, quae fungi nutritioni praeſunt, noviſſimis temporibus *Li-
ſranc*, *Blaſius*, *Dieffenbach* exercuerunt, in his omnibus autem caſibus, quantu-

64) Maunoir l. c. p. 47.

mors prius, quam tumor remotus erat, propter aegrotorum imbecillitatem ta. Praeterea ligatura non melius esse remedium mihi videtur exstirpatione, lum morbus localis hoc modo removeri potest; omnibus indicationibus re- et, si morbi causa solummodo vasis niteretur, quae fungum nutriunt. — tumoris a *Cooper* [65]) commendata nihil aliud effecit, quam ut excrescentias et et incrementum retardaret.

l remedia pharmaceutica, quae adhibita quidem sunt, sed tamen, ut ex na- orbi elucet, nil prodesse potuerunt, pertinent: hirudines, cataplasmata emol- fomenta spirituosa, robotantia, excitantia, narcotica etc.

l nobis restat, quam ut vitam quam diutissime servemus remediis nutrien- t dolores mitigemus externo et interno narcoticorum usu.

Morbi historia.

Anamnesis.

arolina Koch, mercenarii uxor et quinque liberorum mater, annum trigesi- sextum agens, parentibus sanis nata, mediocri corporis statura et arteriosa itione fuit. Quamvis aegrotae habitus vestigia scrophuloseos exigua mani- , uti labia crassa, alasque narium vastas, ossa maxillaria prominentia etc., se unquam affectionibus ejus localibus laborasse negat. Neque minus aliis vacavit, ita ut a prima juventute usque ad hoc tempus bona valetudine usa rciter ante hos quatuor annos in anteriore antibrachii sinistri superficie et in media ejus parte inter radium et ulnam nonnullos nodulos duros sub imadvertit, quos initio, quum nullo impedimento essent, neglexit. Qui quum nulto post majores essent facti, manus laboribus non apta fuit, mobilitate um impedita; digitus vero medius et annularis aliquantum flexi et fere im- s, insuper torpuerunt. Auctoribus imperitis acidum sulphuricum adhibuit, ctum est, ut in una parte exulceratio exoriretur, quae vero post aliquod tem- nata est. Malum ipsum vero quod attinet ad extensitatem et intensitatem ad- n est. Denique aegrota, quum ad perficiendos labores minime amplius va- in nosocomium chirurgicum universitatis nostrae recepta est.

oco supra dicto tumor reperiebatur circumscriptus, convexus, durus et com- , magnitudinem ovi exhibens, in quo cutis resistente tamen cicatrice huc illuc i poterat, ipse vero ad latera tantum mobilis, digitis fortiter prementibus olorificus, si vero ossi inprimebatur, dolorem exiguum excitabat. Praeterea cia inter musculos eum positum esse non solum tactu perspicuum fuit, sed ex que eluxit, quod nonnullae musculorum portiones et tendines supra eum ten- parebant. Propter aequalitatem, duritiem, sedem, ceteramque qualitatem a habitum est, quod ex membranis fibrosis, forsitan ex ligametno interosseo

---

[65]) Cooper l. c. p. 173.

profectum videbatur et ab Exp. Dr. *Kneip* exſtirpatum eſt. Cute et faſcia diſſect portiones musculorum, id quod jam antea veriſimile fuit, in tumore attenuatae re pertae ſunt, partim membranarum inſtar eum contegentes, partim vero cum eo le viter coalitae. Quae quum ſolutae in latus utrumque retraherentur, in tumori ſubſtantiam digitorum nonnullorum apices modice premendo penetrarunt et maſſa ce rebriformis promanavit. Poſtquam ab omni parte ipſe patens et ſegregatus erat, fun culo cuidam eum affixum eſſe eluxit, qui a ſuperiore ad inferiorem partem penetrar videbatur. Exploratione accuratiore inſtituta illum funiculum nervum medianum eſſ apparuit, quibus rebus permotus Exp. Dr. *Kneip* jam inter operationem tumorem fun gum medullarem cenſuit, nervum medianum infra ſupraque disſecuit et operationem omnino ſubtiliſſime et diligentiſſime, ita ut ſolet, perfecit. Vulnus quamvis ma gnum erat et grave, ſatis brevi tempore ſanatum eſt, ita ut aegra poſt ſeptem heb domades (14. Februar.) in integrum reſtitueretur. Operatio facta eſt exeunte ann ſuperiore. Iterum aegrota labores conſuetos ſine ullo impedimento adiit. Quatuor decim diebus ante feſtum paſchatis, ergo uno menſe poſt illius reſtitutionem prae terlapſo, ſine ulla cauſa externa et nullis ſimul exortis doloribus nodi quidam i utraque cicatricis parte rurſus apparuerunt, qui celerrime adaucti ſunt, quo factum eſt, ut menſe Majo exulceratio in latere ulnari ſecuta ſit, unde paullum ſanguin et ichoris promanabat. Tumor ipſe vero neutiquam minutus eſt et ſtatus aegrota horribilis (19. Junii) hac ratione exſtitit.

Status praeſens.

Antibrachium ſiniſtrum ubique inaequaliter et valde obtumuit, articuli vero integri, manus ipſa magnopere emarciata, digitorum flexio magna, extenſio fieri non potuit iisque tantus torpor inerat, ut infixa acus vix ſentiretur. In ſuperficie dorſali tumor laevis erat et aequalis, in anteriore incipiebat ante cubitum et tu beris inſtar in totam ſuperficiem extendebatur, ita ut ſupra marginem radialem et ulnarem antibrachii prominet, in qua utraque parte complures tumores et mino res et majores, pugni craſſitudinem aequantes cohaerebant. Fere a carpo usque ad mediam ulnae partem cutem diruptam vidimus, retractam et ex ejus apertura glo boſum fere tumorem magnitudine pugni prodeuntem. Totius antibrachii colo in ſuperficie dorſali erat paullulum lividus, in anteriore quibusdam in partibu tuberum prominentium magis ſaturatus, locus iſte, in quo cutem deſtructam eſſ ſupra dictum eſt, ex nigro coeruleus et tela celluloſa mortificata obtectus, margi nes ejus valde rubri. Secretio non aderat, ſolvebantur tantum panniculi turpe partim nigri, partim ſanguinolenti, qui odorem foetidum et putridum ſpargebant Tumor ubique mollis, paſſim ſpeciem fluctuationis prae ſe ferebat. Digiti pre mentes non excitabant dolorem, quamvis aegrota de urentibus, interdum pungen tibus doloribus in articulorum regione quereretur. Totus tumor fere magnitudi nem capitis infantilis aequabat, quamvis ejus formam non exhiberet. Quod ſtatum aegrotae univerſalem attinet, reproductio valde laeſa, magna macies et ſub veſpe ram haud exigua febris; ſecretiones et excretiones, praecipue menſtruatio ſicuti ſin gulorum ſyſtematum organorumque functiones a ſtatu normali non recedebant.

Ex celeri tumoris reditu, rapido incremento, inaequali habitu, ſingulis ex-ntiis, mollitie, neque minus ex fungo hac in parte jam exſtirpato, hunc quo-ſe fungum medullarem conjuncturam facere licuit. Quamquam de exitu ad-m dubio ſibi perſuaſum haberet Exp. Dr. *Kneip*, tamen nihilominus, aegra nte, viribusque ejus non exhauſtis brachii amputationem inſtituit. Operatio cuti ſanationis proceſſus nihil memoratu dignum praebuit, ita ut aegrota g.), viribus reſtauratis, noſocomium maxima cum ſpe optimae valetudinis re-ret. Haud multo poſt, eodem menſe, quum agrotam denuo agrotaſſe per-em, illam adii et ſpem incertam nos non fefelliſſe inveni. Status aegrotae it: Macies permagna, febris hectica, abdomen tumefactum, magna ſpiritum ndi difficultas, ita ut reſpirare niſi erecta plane non poſſet, et jam proximis diebus omni ſomno careret; ſimul omnia, quibus veſcebatur, vomitu redde-r. Fungum organum internum occupaſſe patebat, quodnam organum autem um eſſet, eo difficilius dictu erat, quod praeterea aegrota ſe gravidam eſſe cre-. Simul ex ea comperi, jam in noſocomio reſpirandi difficultates ſe ſenſiſſe la aſcendenda et aliis laboribus verſantem, quae moleſtiae ſenſim adauctae ad hunc gradum pervenerant; quod ſatis mihi demonſtrabat, fungum ſtatim perationem alium locum occupaſſe. Poſt octo dies obiit. Sectio, quod ma-dolendum, non permiſſa eſt.

---

quiſitio et tumoris exſtirpati et brachii amputati anatomica,

ab Ill. *Schultze* inſtituta, ſequentia exhibuit facta:

Quod attinet ad partes affines totius antibrachii tela celluloſa gelatinoſe de-generata, muſculi pro varia fungi ramificatione partim diruti, partim et prae-cipue dislocati, venarum tunicae paullum incraſſatae (vid. tab. I. m. tab. II. u u.) et nervorum filamenta, praecipue nervi ulnaris, cujus decurſus in tab. II. de-monſtratur, valde rubra, qui rubor per neurilema ſanum perlucet. Quae omnes mutationes ex cauſis fungi mechanicis proficiſcuntur, quum ille partim perpetue premendo ſingularium partium reſorptionem adſtringeret, partim hac re magnitudineque circulationem coerceret, eoque ſanguinis ſtagnationem gigneret. Hae igitur mutationes fortuitae ſunt, neque ex fungi eſſentia derivandae.

Structura fungi clariſſime manifeſtat in utroque praeparato utramque maſſam, quae ſupra § 4. deſcripta eſt; color eſt omnino ex candicante cinereus, ruber tantummodo in ea parte, quae exulcerata cuteque nudata et disſecta in tab. II. n n n. expoſita eſt. Attamen ſtructura hujus eadem, quae ceterarum, et color ruber ex vaſe dirupto cutaneo, quum cutis dirueretur, et e ſanguine in ſubſtantiam effuſo derivandus eſt, quod magis elucet, quia color, quo propior peripheriae, eo magis ſaturatus fuit. Itaque cavendum eſt, ne fungus medul-laris rubro colore praeditus habeatur fungus haematodes.

5) Quod decurſum nervorum attinet, qui maximi eſt momenti hoc in caſu, primo praeparato videmus diſſectum nervi mediani truncum (fig. I. a. b.) ſup et infra tumorem integrum et neurilemate obtectum, per totum decurſu pone tumorem neurilemate nudatum, et ſingula nervi filamenta, quoad text ram a ſtatu normali non abhorrentia, ſegregata vero partim pone tumorem d currentia, partim illum penetrantia (fig. I. c.), quae poſteriora ſi ulterius p ſequimur, modo per breve ſpatium illum penetrare et tum omnino evaneſce et reſoluta eſſe videmus, ita ut quodvis nervi filamentum forcipe protrahere l ceat. Fig. II. oſtendit decurſum nervi mediani et ejus tumorem eo loco, u in prima operatione disſectus eſt; propter inflammationem ex disſectione exc tam paullulum obtumefactus (b) et tum conſtrictus (c) eſt. Perſpicuum e quum hic omnino cohaereat cum fungo, hunc iterum eo loco exortum eſſ interea inciſura nervi longitudinalis manifeſtat, filamenta ſingula diſſecta ſa permanſiſſe et nullo modo cohaerere cum fungo, ſed telam celluloſam ej quaſi inſpiſſatam in fungiformem ſubſtantiam transire. Quamvis fungus e nervo mediano profectus ſit, memoratu dignum, nervum ulnarem, cujus d curſus in tertia figura exhibitus eſt, ſive mechanica ratione, ſive quod fun eſſentia id effecerit, affectum eſſe; inter totum ejus decurſum ſingula filamen valde rubra apparent, et ubi fungum penetrat, hic ejus neurilema ſecundar modo affeciſſe videtur et omnino cum illo cohaeret. Parvus ramus cutaneu ulnaris minor, in tumore evaneſcit (b, c).

Si ea, quae hic caſus nos edocuit, accuratius contemplamur, hanc mihi con jeecturam ex eo facere poſſe videor.

1) Fungum medullarem ſolummodo ex tela celluloſa proficiſci neque effuſion ſubſtantiae medullaris nervi niti; nam ſi ita eſſet, neceſſe foret, ut maſſa utrius que et fungi et nervi eadem eſſet, atque in ea parte fungi, qua filamenta eva neſcunt, ſtructura radioſa appareret, quod quidem tum praeparatum primu et inciſura longitudinalis nervi mediani inſtituta, tum chemica analyſis refutan Praeterea huic ſententiae favet, quod fungus ſolummodo cum neurilemate co haeret et ſingula nervi filamenta ſeparata ſunt.
2) Deinde conjicere licet, fungum medullarem et haematodem inter ſe differre itaque cavendum eſt, ne, quamvis uterque ſimul occurrat, fungus medullar rubro colore praeditus pro fungo haematode habeatur, quamvis concedi de beat, utrumque ejusdem generis eſſe ſpeciem.
3) Tum ſyſtema nervoſum fortaſſe unicum eſſe organum, in quo fungus oriri po ſit, quia haud raro in eo occurrit et omnia organa, in quibus adhuc obſervatu eſt, nervis ſunt praedita. Nervus ulnaris affectus hoc in caſu hanc ſententia probare videtur.
4) Denique pro certo affirmarim letalem hunc fungum nullo modo poſſe ſanar

---

EXPLICATIO TABULARUM.

TABULA I.

Fig. I.

ungus medullaris cum nervi mediani parte exſtirpatus magnitudine naturali.
rvi mediani reſecti pars ſuperior.
usdem nervi finis inferior.
mus nervi mediani in fungum intrans.
ccus fungum medullarem includens.
ccus apertus.

Fig. II.

ntibrachium ſiniſtrum cum fungo medullari, dimidia diametri parte deminutum.
ervus medianus.
us pars incraſſata, fungo obtecta.
ocus, ubi nervus prius disſectus eſt et per neurilema in fungum transit.
olliculi fungo albo et molli repleti, a cute undique obtecti, disſecti.
rs fungi durior fibroſa disſecta.
uperficies fungi per cutem prorupti.
rtes ejus mortuae, exfoliatae.
rs cutis albida ex priore operatione cicatricoſa.
usculus pronator teres disſectus.
usculus flexor carpi radialis disſectus.
utis disſecta.
umen venae medianae disſectae.
rteria et venae radiales.

TABULA II.

Fig. III.

Antibrachium a latere interno, magnitudine naturali.

A. Extremitas ſuperior antibrachii.

B. Carpus.

a. Nervi ulnaris truncus.

b. Ramus cutaneus volaris minor nervi ulnaris.

c. Locus, ubi hic ramus bipartitus in fungum majorem intrat et emollitus deſinit.

d. Truncus nervi ulnaris inter fungum majorem et minorem (*p.*) decurrens et inflammatione rubefactus.

e. Pars nervi ulnaris cum fungo cohaerens et ab eo partim deſtructa.

f. Ramus volaris nervi ulnaris.

g. Ramus dorſalis ejusdem.

h. Arteria ulnaris a fungo majore obtecta.

i. Eadem cum fungo cohaerens et ab eo ex parte deſtructa.

k. Eadem ex fungo progrediens.

l. l. l. Superficies externa fungi majoris extrorſum aperti.

m. m. Partes hujus fungi mortuae et exfoliatae.

n. n. n. Fungi hujus disſecti partes rubrae.

o. o. o. o. Ejusdem partes albae.

p. Folliculus fungo albo repletus a flexore digitorum profundo (*q*) obtectus, disſectus.

r. Intumeſcentia fungoſa a flexore carpi ulnari disſecto (*s. s.*) obtecta.

t. t. Cutis antibrachii disſecta cum panniculo adipoſo.

u. u. Lumen venae cutaneae disſectae, cujus parietes incraſſatae ſunt.

v. Cutis in ſuperiorem partem fungi transiens incraſſata.

w. Cutis in inferiorem fungi partem attenuata transiens.

x. Tendo flexoris carpi ulnaris.

y. Fibrae hujus musculi in fungum transeuntes.

CURRICULUM VITAE.

Eduardus Henricus Struck, Bardenſis, fidei evangelicae addictus, natus ſum die quinto Septembris MDCCCX, patre *Joanne Friderico*, mercatore, matre *Chriſtina Friderica*, *Rodbertus*, quos jam a tenera aetate defunctos lugeo. Primis literarum elementis imbu-mnaſium Sundenſe adii, deinde examine maturitatis ſuperato Gryphiam me contuli anno CXXXI, ubi a Rect. Magnif. Ill. *Berndt* civium academicorum numero adſcriptus, nomen *Mandt*, medicorum ordinis t. t. Decanum Spectatiſſimum profeſſus ſum. Scholas fre-hasce: De Logica Ill. *Erichſon*, de Pſychologia Ill. *Stiedenroth*, de Phyſice experimen-*Tillberg*, de Botanice et Zoologia Ill. *Hornſchuch*, de Oſteologia, Anatomia corporis hu-natomia comparata et pathologica nec minus Phyſiologia Ill. *Schultze*, qui etiam dux mihi diſsecandis cadaveribus, de Anatomia organorum ſenſuum Ill. *Laurer*, de Materia medica, gia generali, Semiotice, Arte formulas medicas rite concinnandi, Arte fascias alligandi *ert*, de Chirurgia tam generali, quam ſpeciali, Akiurgia et Ophthalmiatrice Ill. *Mandt*; am generalem, Pathologiam et Therapiam ſpecialem, Artem obſtetriciae, Morbos pſy-ll. *Berndt*, Oſſium fracturas, Celſi Medicinam Cel. *Kneip* me docuerunt, de rebus me-chirurgicis Converſatorium, ſermone latino ab Eodem habitum frequentavi, praeterea clinicas tam medicas, quam chirurgicas et obſtetricias per annum et dimidium Ill *Berndt* *dt* ducibus.

Tribus annis praeterlapſis Berolinum petii, ubi per duo ſemeſtria praecepta clinica ab Ill. *Ruſt*, *Kluge*. *Trueſtedt* accepi; tunc redii Gryphiam et iterum ſcholis clinicis ab Ill. et Cel. *Kneip* interfui.

Academico ſtudiorum curſu peracto, examine philoſophico, tentamine et examine rigoroſo hanc almam literarum ſedem relicturus, Viris Illuſtribus, Excellentiſſimis, Experientiſſi-pliſſimisque, qui conſiliis ſuis et admonitionibus diſcenti ſemper adfuerunt, gratias quam s ago.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Arteriarum contractionem muscularem ad propellendum ſanguinem neceſſariam eſſe neg

II.

Calorem animalem nec ſoli nervi, nec ſanguis, nec reſpiratio, neque ullum corporis ſtema ſolum aut prae ceteris procreant, ſed omnes qualescunqne partes organiſatae conjunc àd illum efficiendum conferunt.

III.

Verae indicationes trepanationis non ſunt, niſi ex oſſis depreſſione et quidem ſymptom depreſſionis perſiſtentibus.

IV.

Si aegrotus optet, operatio, cujus indicia certa non adſunt, inſtitui poteſt.

V.

Partus praematurus ſectioni caeſareae et perforationi foetus eſt praeferendus.